

ol. La
rt. 18

concluſus · ut neſciat uiolari. · uerbis oſtendit : ſe qui loquebatur

Fons itaq; L viii Laudib;.
ſignatus · ſigillo toti trinita
tis · ex quo fons uitę manat · in
cujus lumine om̄s uidem⁹ lum̄ :
quia iuxta iohannē̄ · ipſe est q̄
illuminat omnē̄ hominē̄ · ueni
entem in hunc mundū̄. Cuius
pfecto uteri emiſſio : omnium
ſupioꝝ ciujum est paradyſus.
De iſto namq; uentris agro · pat
archa iſaac longe odorans ate

tatem comendaret xp̄i. Ante abra
ham inquit ego ſum. Nā̄ abrahā̄
anteq̄ fieret · humanitatis ē breui
tas : ego ſum autē̄ · eternitas natu
rę declarat. In qua nimirum et
nitate · iam ſe fuiſſe qui loquebat.
p ſacramentum ſuę incarnationis
inſinuat. Lectio ſc̄i eugl̄ii ſcdm̄
In illo tp̄r. Miſſus est angl̄s lucā̄.
gabriel a dō̄ in ciuitatē̄ galileę.
cui nomen nazareth · ad uirginē̄

Lin Ih

supeminens nouitas· quando
ds quem ferre non potest mund.
neq; uidere aliquis & uiuere
potest. sic ingressus ē hospitium
uentris· ut corporis claustra non
reseraret· sicq; gestatus· ut totus
ds in ipso eet· & sic inde exiuit.
ut iezechiel fatet omnino clausa.
Vnde canit in canticis de ea·
Ortus conclusus· fons signatus·
emissiones tue· paradysus· Vere
ortus delitiarum· in q consita
sunt uniuersa florum genera.
& odoramenta uirtutum· sicq;
conclusus· ut nesciat uiolari.

odor agri pleni. que benedixit
dns· quamuis putent parum in
telligentes· qd priores sci· minus
de xpo intellexerunt mysterium
incarnationis· cum & ipsi eadem
saluati sint gra. Vnde constat tep
non pjudicasse sacramtu uniti
hominis· ac di· ita ut iam eet in
illo· p unitatem psone ab initio
scli· qui necdum erat natus de
maria uirgine· quod multis scp
turarum declarat indiciis. Vnde
dns ad iudeos· anteq abraham fi
eret· inquit ego sum· Quib; utiq;
uerbis ostendit· se qui loquebatur

ioseph · de domo dauid : & nomen
uirginis maria. & rl. Tractatus
sancti ambrosii epi. de eadē lect.

Latent quidem diuina mys-
teria · nec facile iuxta propheticū
dictum · quisq̃ hominum potest
scire consilium dī. Sed tamen
ex ceteris factis · atq̃ p̄ceptis dn̄i
saluatoris possumus intellegere · &
hoc propensioris fuisse consilii : qđ
ea potissimū ēēt electa · ut dn̄m pa-
reret · que erat desponsata uiro.
Cur autē non anteq̃ desponsaret?
impleta est : Fortasse · ne diceret?
quod conceperat ex adulterio. Et

iniuriis astruendam · Seruat
itaq̃ scē marie · sicut pudore
integra : ita opinione inuiolabi-
lis uirginitas. Oportet enī scōs
& ab his testimonium habere. qui
foris sunt. Nec decuit sinistra
uirginis opinione · uiuentibus
uelamen excusationis relinqui :
qđ infamata quoq̃ mater dn̄i
uideretur. Quid autē iudeis · qđ
herodi posset ascribi : si natum
ex adulterio uiderentur p̄secuti :
Quemadmodum autē ipse diceret.
non ueni legem soluere sed ad
implere · si uideretur cepisse a legis


anna.
Esmeria.
maria
Elisabeth
Eliud
ihc xpc
iohs bapt.
Emi u.
SCS SERVATIUS.

Liber monasterij btē Marie virginis in lacu in quo
continetur vita btissimi Seruatij tungrensis episcopi

S SERVATIUS. SCS AMOR.



Traiectensium metropolis francorum tungris Vita · s · seruatii · epi 4
Que iuxta sepulchrum beati seruatii coram hunis iussu dei cor
ruit · florentissima olim famosissimaque fuit · spectaculumque ;
prisca mundi etas quid ualuerit · Vrbium enim europe fulgebat
et affrice quatuor inter maximas · Romam · kartaginem · Numan
tiamque nobilitate nominis equiperans · Siquidem ac si sennaa
rice gygantomachie surrexisset aparentibus · altissimorum etheri
propinquabat menium minis et domatibus · fastigiisque nubilo
sarum turrium quasi bellum minabatur syderibus · Romanis
quippe · seuisque theutonicis eque confinia · uiribus utrius
que gentis ingrauescebat · disparesque tam habitu et sermone ·
quam armis · moribusque populos una in se uelut in centrum
ac nodum europici orbis colligebat · ciuitas lumen gallie · ger
minansque flos germanie · Appellata porro traditur tungris ·
quasi tunderis · siue tu ungeris · eo quod alatere tunderetur
occeani undis · uel quod tamquam regina pigmentosis unge
retur terre · pelagique copiis · Verum cesariani romane alti
tudinis et gloriationis emulam · octauiani cesaris ad titulum
dixere octauiam · ut tum opibus · tum nomine · romanorum
altera mater esset et patria · Maximum tamen illud societa
tis et consanguinitatis extitit insigne · quod francigenis et aluer
nus incolebatur eximio populo · qui sanguine iliaco haut minus
quam eneadas exortum se gloriatur · de quo latini maximus auctor
eloquii tullius · estabatur inuentos fuisse · qui fratres romano
rum dicerentur · Quante uero generositatis · quamque amplissime
gentilitatis educauerit ciues · babyloniorum exercitus · persicarumque
phalangum perdidere sagittiferi duces nauibus galliciarum finibus
nuper allapsi totque laborum · totque periculorum immanitatibus per gratiam dei
uix demum fracti · Qui nimirum pretestabantur se tiam here

ditariam cognationi sue· cuius ueteres possederant tungri· requisi
tum uenisse· Sicut autem ciuitas tungris· ita omnis regio
tungria· incole dicebantur tungri· Porro quid cause exegerit· quod
qui prope urbis muros alluit· nunc oceanus longe recesserit· so
lis ne ac siderum ardor aquas inbibendo minuat· an uentorum uis
exhauriat· uel cum alias mare terras operit· alias aperiat· siue
matrix abyssus uariabiliter pro nutu dei laticem nunc euomat
nunc resorbeat· aut quenam alia nos latens tanti sit efficatia
miraculi· seu potissimum inter alios honores ultrix ira dei reo
loco maximi quoque obsequii propinquitatem eripuerit· per
quirant quos cura nouorum semper fatigat nobis ad fidem
uetustatis disiectarum ex tunc fluctibus arenarum cumulos et
concauamina· littorisque prisci satis est adhuc edita spectare
curuamina· Nec incertiora sunt iudicia· quam que in egyp
to senex saiensis soloni quondam obrute pelago· insule prodi
dit signa· quod uidelicet in locis tante submersionis· pin
guiori ex fundo necdum puluerulenta ebullire cessauerat un
da· Produnt et hystorie quod italie trinacrieque terras prope
contiguas siculum fretum interruperit· nec latet qualiter
mare rubrum dehiscens hyatu horribili· instar murorum
utrimque fluctus extulerint· ut in imi ualle profundi
mirabile preberet iter populo dei·

Octauiam igitur oceani et continentis gentiosum ac prepo
tens emporium pace belloque omnium audacter eludentem
uires hostium· ~~[illegible]~~ petri apostoli apostolus· uexillo crucis ar
matus ex acie christi primus adiit expugnatum· Preclara re
ligionis fides· sed armis uulgalibus inusitata spes· Pre
sumebat cessuros fidei uerbo· rebelles tyrannorum ferro· man
suetudine uinci· qui nequiuerant terroribus molliri· Pa

riebat porro et confidentiam verũ experientia. Iam namq; cũ eichario et ualerio magistris triumphaliter tuis treuir ĩpu diauerat tropheis. Dum omnis ergo ypsisequa ciuitas religionem ante salutem constituat. Maternus uicto sese cunctorum ydolorum hostem prodidit. ne non patesceret quã cupidus pro xp̃o mortis. omniũ se odijs et gladijs inbaptizatorum expo sueru. Luctabatur paciencia contra proteruiam. humilitas aduersus superbiam. Sanctitas contra profanos. racio aduersus insensatos. Illa ex parte furor. ex ista pudor. Illinc pontificum capitolij. plebisq; iniuriosa tumultatio. istinc salutis predicatio. Illinc ad extremũ tormentorum. omnisq; generis mortium terror. istinc prodigiorum signorumq; celestiũ splendor. donec pondere ueritatis attrita est ciuitas uanitatis. ut non solũ receperit signa militię cristianę. sed confregerit quoq; cuncta signa fallacis ydolatrię. Instituebatur iugum ferre. quę consueuerat inferre. Assueuit sua tribuere. quę solebat raptu gaudere. Facta est decimis et oblationibus xp̃o tributaria. que tributa prouinciarũ exegerat terrarum. Namq; a paucis fides. tamquã modico de fomite scintilla incipiens. paulatimq; ab angusto uelut ignis in arundineto latius latiusq; discurrens. conuoluit ad ultimũ omnes. Dampnatur cultus iouis. iunonisq; ac ueneris. extruitur templũ beatę marię perpetue uirginis. Emundantur delubra demoniorum. dedicantur memorię sanctorum usq; ad numerũ septuaginta duarũ congregationũ. Victor igitur ~~maternus~~ octauuę. ut petrus romę. Dec' occeani primus addidit disciplinis petri. Cuius uero non constet quã plures per hunc ad uite uias ualuerint conuerti. qui per mortis ianuas pridem ex defunctis ad supos pote

rat reuerti. Siquidem siue spacio sepulture paradysum et celes
tia. seu exicialium quoque calamitatum horrenda. horrendaque mor
tis uiderit pericula. ille profecto ille nouis et insolitis sermo
nibus post dies quadraginta rediens ad uiuos. perterrere qui
bat impios. ac delinire pios. Neque adeo mirum equidem. quod
itinere mortis exacto postmodum non timebat intentantes
mortem. illud stupendum. hoc querendum. hoc scitu dignissimum.
an imperio petri resuscitatus a morte mori ultra debuerat.
qui semel moriendi legem exsoluerat. Verum hec inquisitionis
maioris nobis ex sola uiuentibus fide fas sit credere ad
nostre correctionis predicationem non ad plenariam illum re
surrexisse inmortalitatis transfigurationem. secundoque defun
gi. quia factum est iusto tam et si occulto iudicio credimus
oportuisse. preter dolorem tamen per gratiam christi fieri potuisse.

Ecclesie itaque octauiensis. sicut eiusdem sedis pontificum
inuenitur in ordine. uidetur in gestis idem beatus Mar
nus pontifex erat primus. tot annis feliciter regnans
in episcopali cathedra. quot diebus iacebat reconditus
in terra. Vir preciosus et omni honore dignissimus. Beatus
nauitus. surrexit secundus. Tercius Marcellus. Metropo
polus condigna uirtutum moderatione. quartus succes
sit. Quintus quinque pollens talentis seuerinus antistes
extitit. Perfectione sui ordinis sextus floruit florentius.
Loco septimo septiformi spiritu dei redimitus contra
uim demonum martem agebat Martinus. Octauo
numero Maximinus. magnaliter octo beatitudinum
solicitudine perfectus. Ordine nouenario valentinus
noueni ordinis angelorum ualenter amicus. Subtexitur
in limitem decimum decalogi seruator seruatus abea

to quidem materno· petri discipulo decimus· ab ipso autē xp̄o petri magistro· magister octauianorum una cū petri supputatione duodecimus· Nec uero refertur inmerito petrus inhoc pontificum karthalogo missus in omnem terram asummo pontifice xp̄o· materni idem in gallias per xp̄m missor· Pulchrū quippe est bonum bene perficere· sed et pulcherrima pars operis boni est· bonū bene percipere· Maternus ergo uice apostolatus petri sicut eucharius· et ualerius· immo plus longe quam eucharius et ualerius· ingallia functus· itemq; post seruatius inpenitentiam eiusdem gentis directus diuinitus· tam et si ipsis et gentibus alii apli non sunt· signa tamen aplatus eorum tungris et colonia extiterunt· uniuersisq; xpianis per quasq; uicinias id locorum· Ceterum et quatuor probabilium species apostolatuū inhis quatuor discernuntur· scilicet in xp̄o· petro· materno· et seruatio· xp̄c apatre missus est deo non homine· Petrus a xp̄o deo et homine· Maternus apetro non deo· sed homine· Seruatius ab angelo· non deo neq; homine· Predicandi quippe officium quod exercuit· non abhomine· neq; per hominem· sed ab anglō celitus accepit· Nempe beatus antecessor illius ualentinus siue sancti spiritus attactu pmonitus· seu quolibet ecclesiastice traditionis exemplo predoctus· quo uecumq; dei nutu iussiue inductus· cum ad extrema uite uergeret· baculum pastoralem sup altare beate marie feliciter fecunde uirginis ponens· sub indissolubilis anathematis uetuit animaduersione· ne quis inde temerarius tolleret· ne quis orbato presulatu mercennarius inmergeret· donec per reuelationē ihu xp̄i comminus electio ydoneū

doctorem & episcopum animarum suarum inueniret. Qua senten
tia cunctis conterritis retroque cedentibus uniuersis absque
benedictione pontificali sedes octauiana merebat septem
annis. Perpendere quis negligat magnanimitatem preci
pientis obedientiamque plebis. Vere digno pastore dignus
populus quem tanta mora uotis expectabat & precibus.
Beatus seruatius armeniorum nobilissimus sanguine
NB oriundus tanta infantie primos flosculos decorauerat
abstinentia ut pene die nulla refectionem susciperet uice
secunda. Mirum uidetur cum hoc sanctus nicholaus infans quarta &
sexta feria seruasse predicatur. at sanctum seruatium infantem omnes
fere ferias eodem proposito continuasse non iniuste multo magis
ipsis mirabatur. Adolescens exinde spectabilis uoluntaria pe
NB regrinatione se contulerat iherosolimis. tota illic deuotio
ne cordis corpus & animam deo dependens in laudum & pre
cum hostiis. Contemptor quippe terrestrium affectabat ymagi
nem celestium scilicet ipsam syon. unde noua lex euangeli
geli & eandem iherusalem ex qua in omnem terram per apostolos
exierat uerbum domini. circuiens scilicet infatigabilis. & conside
rans quot diebus oculis ac mente insatiabilis ubi passus. &
ubi sepultus. unde celos ascenderit dominus ihesus. adorabatque &
oscula dulcia figebat in locis. ubi steterunt sanctissimi
pedes illius. Cuius probitatem iuuenis. ecclesie consules. uere
cundiamque uultus. ac modestiam animi perpendentes. presbi
teralis ordinis eum inpleuere officio. quamquam ille abusque
puerili euo presbiterum se prestituisset. consiliis & uite merito.
Infantia quippe illius. uerum pueritie decus fuit. Puericia.
honestas digna adolescentie accessit. Adolescentia. lucidum
iuuentutis ornamentum extitit. Iuuentus. inclite sene

ciuitatis magnificentia effulsit. Cuius et gratia ultro diuina huma-
nam uim reuerendis eius oculis anglici decoris honorem af-
flauerat. atque iuxta sacram scripturam lux uultus eius
non cadebat in terram. sed quomodo solis iubar per uitrum
rutilat. ita interne bonitatis lux et claritas per illustratam exteri-
oris hominis habitudinem elucebat. Quod licet illi tunc ex-
terius inesset singulare decus. quanto amplior erat gratia
illi. quod soli deo specialiori sanctitate interius. clarior ce-
teris apparuit mortalibus. Nempe cum dominus de celo super fi-
lios hominum prospiceret. ut uideret quis intelligens aut
deum requireret. ut octauiensis ecclesie pontificatus dignus
elucesceret. aptissimus in orbe terrarum hic inuentus est.
Sic denique manifesta probauit res. Namque illi puerilioris
etatis iam dissolui. et esse cum christo cupienti. longamque post sa-
crorum laborum militiam. fastidium temporis et onus uiuendi fes-
sis quasi humeris amolienti. angelus domini conspicuus in orati-
one astitit. curam occidui orbis tamquam nouo tyroni tradidit.
octauiamque in litore oceani sitam adire festinato impera-
uit. Ut qui mediterranei pericula maris. regnaque bar-
barorum longo tractu amploque complexu interiacentia ne for-
midauerit. occulta intrinsecus consolatione. spiritualique cordis
allocutione. sacros illi ignes noua in studia efferuescendi ad-
didit. spemque desideriumque in euuangelio amplius proficiendi
aspirauit. Insuper quoque ne nondum satis confortatus. quicquam
hesitauerit. quomodo annunciante angelo ~~maria~~ uirgo
uerbum dei paritura ex spiritu sancto concepit. ita alloquente
angelo ~~seruatius~~ uerba lingue barbare predicaturus ex spiritu
sancto accepit. uiditque in seruatio pene par suum apostolica dignitas.
cui spiritus sanctus in igne prerogauit omnium nosse gentium linguas.

Quid moramur dictis. cum factis ille moras omnes abruperit.
Itaque ignotas attemptauit uias instarque solis cuiusdam ab oriente
in occidentem gratiam lucis deportans. exultauit ut gygas ad curren
dam uiam suam. permensoque inmensi spacio itineris angelo domini
precedente. semperque illum custodiente. saluus octauiam peruenit.
O felicem. o letabundum. o faustum diem illum. Illo quippe die ca
su conuenerant septuaginta due illic congregationes in
basilicam sancte dei genitricis ~~marie~~ non casu fortasse. uerum ad
ostensionem uoluntatis sue nutu dei preordinante. ut obui
am ~~seruatio~~ conuenirent sic illo die. Constitutio enim gene
ralis habebatur. ius omne et negocium de sacerdotii causis age
batur. multique multa querebantur. octauia quid iam esset la
bi omnia retro non corripi criminosos. non consolari desolatos.
peregrinos non recipi. humiles despici. non regi res ecclesiasticas
traditionibus quibus ceperant. consiliis quibus creuerant.
qualibus oportebat personis. qualibus locis. qualibus temporibus.
quo honore. quo timore. quem ad finem rectore carerent. non posse
malorum pulsum fore. nisi cum episcopi subrogatione. Dum hac
de parte talia dicuntur. atque aliunde similia dum referuntur.
tamquam ubi nubilosa in caligine fulmen expressum fulgore su
bito. mirantium oculos perstrinxit. eo modo insperatus repente
apparens angelus domini. uniuersorum animos inopina formidine
cinxit. humilem seruatium ut nuper ingressus humi supplex in
oratione procubuerat. erexit baculum pastoralem de altari sup
tum porrexit. maximoque cum stupore intuentium ad cathe
dram pontificalem illum perduxit. Oritur pauor et silentium.
et inenarrabilis ammiratio intuentium. Aspicit attonitus ille
ad illum. iste ad istum. susurrat alter ad alterum. alter contra alte
rum. quisque ad proximum. singulique consulunt et referunt alte

rutrum. Quis hic est? Quis nam est? Disparente interim an
gelico lumine: humilisque seruatio cum uirga pastorali consis
tente in medio ecclesie pariter palam intelligentes decretum dei
applaudunt undique leti. Exaltatur clamor ad sydera. fit attonite
ciuitatis in laudem dei consensus et uox una. Uocantur ad conse
crationem uicini presules. cogunt concilium. hesitant suis ne
manibus consecrare audeant illum. quem manibus angelicis
tam manifeste et inusitate norant exhibitum. Ipsomet autem
definiente illos perficere oportere. quod ab angelo perficiendum
sibi cernerent relictum fore. humiliter adquiescunt. temporeque con
gruo infulati procedunt. Procedit et ille. Ad unam ecclesie perfun
ditur unctione. Consecratus uero iuxta psalmistam in uestitu
deaurato. progreditur in sancta sanctorum formosus quidem in stola sua.
et gloriosus in sanctorum sancta. Uere ille beatus. uere a deo consecratus
qui regia uia per hostium introiuit in ouile ouium. qui figura
tiuorum tutorem ornantium non ad aucupationem plebeiorum gesta
bat oculorum. sed figuratarum expressit in seueritate uirtutum.
Commetiebantur huic electo electionem quondam per signum floren
tis uirge aaron. memorabant exemplum thurificantis eleaza
ri contra dathan et abyron. neminisque confessi sunt a seculo
tam glorificam electionem emicuisse per angelum de celo.

Accessit et quoddam claritatis eius insigne ac egregium
quidem. quodque ob incredulitatem quorumdam uerear dice
re. sed quod rursus ob aliorum fidem et deuotionem non ausim
preterire. ne tamquam lassatus inertia coniuncar ultro uiri
cluse materie. Fama ueteris custos eui. miratrixque semper
ipsa sui. uirum hunc descendisse signauit ex consanguinitate
domini dominorum christi saluatoris. Magna profecto gloria. atque ob ipsam
sui magnitudinem uix omnium credulitati accommoda. Ubi

enim ut quidam ait de magna uirtute atque gloria bonorum memores
que sibi quisque facilia facta putat· equo animo accipit· supra ea ue
luti ficta pro falsis ducit· Propugnatores porro tante genealogie
in confirmationem scientie inferunt· de therosolimis aduenisse· nec
dubia fides est· armenium quendam nomine alagrecum· longe
post beati uiri obitum· qui religiose lustratis per gallias quam
pluribus sanctorum locis· nutu tandem domini tumulum quoque sancti
huius adierit· Comperiens uero quod sanctus idem ibidem
aduena· oriundus autem fuisset ex armenia· aliquantisper men
te herens· demumque nominis interpretationem non sine ammira
tione secum intelligens· tempusque aduentus illius diligenter
perpendens· postremo confidenter in medium assurrexit· ipsum
que diu sibi quesitum· uixque iam inuentum eundem esse astruxit·
cui angelus domini olim· uelut alteri zacharie filio· non eisdem
sillabis sed sensu eodem· in alia lingua nomen illud de celo
aduexerit· Moxque generationem eius texere incipiens· erant
inquit anna et hesmeria due sorores· ex quibus anna ut
notum est peperit uirginem mariam· elizabeth et fratrem eius
elius orti sunt ex hesmeria· Quis ignorat unam ex his pe
perisse xpistum saluatorem orbis terrarum? Quis item ex altera
surrexisse eum quo maior non surrexit inter natos mulie
rum? Eliud autem suo tempore deinceps genuit emiu· cui post
modum beata memelia peperit uirum hunc· qui presagiente
angelico numine tali profecto est nomine appellatus· eo quod
longum in sensum ad correctionem plurimorum foret seruatus.
Audientes hec traiectenses cuncti· cunctanti in testimonium
ueritatis censuerunt eadem litteris tradi· Addidit quoque
alagrecus de loco natiuitatis eius· quod nomen opidi· phestia
nomen terre· hebrea· nomen regionis esset persia· ut scilicet·

intelligatur. phesta opidum inconfinio persidis et conjuncte persidi. ad austrum armenię situm. utriusque gentis confouere inse propositos et legitima. ut ibidem castrum fuisse et alia multa.
Nec incongrue persidis uel armenię pars illa dicitur hebrea terra. ubi decem tribus filiorum israhel in redeunte captiuitate inhabitabant. quos in persidem profecto transtulit rex assyriorum salmanasar. Siquidem ex eisdem plurimos ad nostrę comprouincialitatis iudeos huc. rursumque de istis sepe quosdam ire illuc. ita nos compertum nouimus. ut similiter beati seruatij parentes illuc commeare potuisse absque scrupulo credidicerimus. At si mouet quospiam transmutatio nominis seruatij. cur non mouet potius. que causa uerterit apostolorum uocabula petri et pauli.
Quis rogo sanctis martyribus thebeis. scilicet. mauritio. exuperio. candido. victori. Innocentio. latina nomina repperit.
Que sanxiuit lex ut hominibus theutonicis nostra quoque etate quampluribus ad papatus romani dignitatem electis. latina simul imponerentur nomina. Nonne quia cautius est. ut scire queas quid proferas. et proferre quod scias. quam barbaras conando uoces inrisum audientes promoueas.
Verbi gratia. Si ysaac. ysaiam. ihesum uel mariam. seu pascha. seu paschę. romano more iudeo pronuntiaueris. iudeus cum iuramento negabit hebrea esse uerba que dicis. Et uere forsitan. quia hebreorum litteras nequaquam resonat autentica latinitas. Verba uero his expressa litteris si qua resonare possint. horum quoque plurimam partem falsis accentibus fitisque casibus. uarioque aliorsum errore. ignorantia confundit. ut in eo quod hebreus finali accentu dicit miriam. grecus eodem accentu merias. latinus medio accentu pronuntians maria. nonne palam et tenorem uiolat et litteras. Consultius igitur uidebatur interpre

tari· quam falsari nomen seruatii· Summo autem p̄conio eius obiec la
borat fides· quo nam exemplo credi queat nepos fr̄is elizabeth·
etiā si is sero natus· tunc temporis infantulus adhuc fuerit· eiusq;
proles etiā postmodū senissimus sobolem seruatiū genuerit·
quomodo inquiū ille asserat̄ adusq; ualentis aut ult̄ ptigisse tē
pora incurrentib' annis ferme· cccc lx· Uerū q̄s ignorat alias
generationes p̄ tempora sera extendi· alias uelocit̄ perfici· Non
ne goliath & fr̄s ei'· filii moabitidis orphe p̄uixerunt ult̄ spaci
um uite obeth· filii ruth· matterę suę· scilicet cū abysai· aliisq;
seruis dauid· Anne uero alia causa q̄m dei uoluntas· rerū ordi
nem· uel iura dictat· legesq; nature mutat· Uel si uoluntas dī
beati tempora seruatii sic ordinare uoluit· q̄d ne credat̄ oberit·
Ecce tiectenses toto corde genealogiam ipsā diuinit̄· ut relatū
est· ita ordinatā credunt· Sic autē credentes· n̄ irā sed plurima
per beati suffragia seruatii celit' beneficia· & signa p̄cipiunt·
Nequaq̄m n̄ tanta p̄ciperent· si fidei corruptione deo sanctoq;
seruatio displicerent· Non autē displicet deo· q̄d approbat·
Si ergo fidem tiectensiū beneficus deus adiuuat· nonne satis
approbat· Quid ultra· Uoluntati dei quis resistet· Si matusalā
dcccc lx viiii annis uixit· si enoch longeuū adhuc & helyam
arbitriū dei uiuere sinit· q̄d mirū aut incredibile si seruauit
seruatiū quo ad uoluit· pro correctione gentis gallicę q̄ etiā
vii· dormientes martyres a dieb' decii p̄ annos· c· xc· vi· in celio
monte seruatos p̄ idem temp' excitauit p̄ confirmanda ephe
siorum fide· Ds enī nost̄ heri & hodie ipse & cotidie ipse nostris
diebus eundem se ostendit· qui p̄ priora magnalia patrib' in
notuit· qui quoq; in seruatio quecūq; uoluit· mirificare po
tuit· Non hoc fefellit ineffabilis sapientię heinricū romani
orbis imp̄atorē secdm· qui sc̄m q̄dem hunc p̄ma deuotione

diligens · sed genealogię pdicte ratione · aut pbabilit docere · aut prorsus taceri cupiens · questionē inde ꝓposuit · tam papę leoni gloriosissimo · quam toti regni epoꝝ conuentui uniuerso in quadā synodo · Cumq; alii ꝓmpto animo argumēta plurima probationū assumerent · ceteri tardo ad credendū corde · sicut libellum de natiuitate scę marię · ita & huius scripturā genealogię · inter apocripha computari mallent · aderant tunc etiā ex uoluntate dei quidam greci · laude sapientię famosissimi · de constantinopoli ad augustū missi · Adducunt · inquiruntur · nichil dubitant · que alagrecus olim narrauerat · narrant · aliaq; ꝑplura super accumulant · Uincim̄ ueritate · immo uincamur · augustus inqt · cedat romana maiestas · cedat clericalis claritas · Non homo refellat · quod deus defensat · Omnibus ilico tam deuotioribus qm̄ certiorib' effectis · placuit papę · pariter & imperatori · ꝑ pconia laudū huius sancti · rome inter agiografa sollempnizari · Quod quiā immatura idem morte augustus obiit · nobilissimis filiis & nepotib' hereditaria deuotione ꝑagendū reliqt · Acta sunt autē hec apud metropolim rhenicoꝝ magontiā · qm̄ prior etas appellauit magnantiā · Uerū nos extra seriem paulisp tulit calor dicendi · necessitasq; pdicte genealogię ꝓbabilitatē astruendi · Nunc superi' ad tempora regrediem̄ beati seruatii · ex ordine que supersunt succincte comprehensuri ·

Huius etenī diebus emicuit · quā inerrata serie celestis decreti archanū iohes theologus ꝓuiderit · Nā ut refert in apocalypsi sancto reserante agno pimū sigillū libri ꝓuidentię dei equus albus uector uictoris coroniferi · arcuq; extenti signū iudicii ferentis exiuit · Scdo apto sigillo in equo rufo apparuit pugnator cū gladio · Tercii signaculi reclusio librarium

in equo ꝓtulit nigro. Cui ꝓtinus manifestatio secuta est visionis & ordinis. Prima enim xpianismi etate sub eodē agno. & aplis ecclesiam candificans pugnat adinvictoriam innocentia. erat quippe ecclie ꝑmi tiue tam cōmunis substantia. quando cor unū. & anima una. Ipsa deniq; & orbē terrarū cū xpo. in ultimis expectat iudicatura. Etate porro xpianitatis sectā. longe. lateq; ꝑ orbē universum fortissima efferbuere bella martyrū. qui sublata pace scelerū. corpora sua cunctis etiam novorum generib; cruciatuū obiecere. purpurantisq; milicię sacro sanguine rosulentas palmas celo intulere. Horū gloria ꝑ ipsum salvatorē & aplos vel abusq; ꝓphetis iniciata. tum tam & bellū durius. & palmarū pulchri us habebat. cum incontrarium mundus ferme omīs cōiuraverat. cū rome laurentius. karthagini occubuit cyprianus. heremū paulus thebeus petiit. servatius quoq; non longe posterius octavianā venit. Ordine temporum ecclesiasticorum tercio. lucifice cōfessorum efflo ruit ordo. quorum ꝓstites erant quidā edocti examinis iusticię. s; sua tam plebiūq; facinora. iugiter deflentes. ad ampliorē gloriam provehantur. ex humilitate squalentis penitentię. Horum consequen ter multiplicabat calamitates. heresium vulnifica thabes. tam quam hyjoda mors in equo pallido. quartā etatē ꝑcurrens. reg numq; antixpi comitante inferno introducens. cum arrius orbem polluit mediterraneū. machametus sarracenos et egyp tum. arcibucius armeniam. manichea lues affricā. aliasq; mū dum innumere similes undiq; pestes. ut pelagius. ut donatus. ut coluthus. ut florinus. Sed ut fit cū atre nubes sub obscura luna celū transmeantes. una iuxta unā. altera post alterā. singlę suis eunt cuneis. si subito flatus ab [illegible] euro ꝑpartes eas dimo uerit. atq; ad occiduas maris oras depulerit. inopino ut ē per partes splendore. hinc sydus orionis. illinc geminū decus aperit

septentrionis. totoq; celo alia. atq; alia uibrantibus radiis emicant astra.
sic inter infernales hereseon umbras. umbrarumq; multiplices scissuras.
diuine stelle per spiritus sancti afflatum in ecclesia flammas extulere choruscas.
Ieronimus in iudea. ambrosius in italia. augustinus in affrica. seruatius
in tungria. aliasq; similes quaqua uersum per orbem ueritatis testes.
ut martinus. hylarius. athanasius. ut theophilus. ut iohannes crisostomus.
Nec fuit pax inter lucem et tenebras. inter orthodoxos et hereticos. quorum
alii malignitate. ypocrisi dolisq; confligebant. At orthodoxi zelo ca
ritatis. ostensione ueritatis. manifestisq; uirtutibus resplendebant.
et ut ait salomon. contra bonum malum. contra uitam mors. contra iustum
constitit peccator. Nec segne dissidium dissimillimos animos commi
tabatur. uerumq; instar bithalassicorum estuum. fluminumq; impetu li
bero concurrentium. fluctusq; fluctibus spumosis propellentium. isti. illos
excelsis arcebant. illi istos exiliis cedeq; conficiebant. illos tamen ubiq;
furor. istos prouehebat ratio.

Talibus temporibus talibusq; moribus inter prima fere discrimina quantum inclux
erit. quantumq; se publicis rebus prestiterit. qualemq; se priuatum sibi seruatius
seruauerit. cuius lingua uerbis coram presentauerit. Omnes enim erant uirtutes
in illo. Denique ut de priuatis prelibem. frugi dici nichil habet laudis in
seruatio. beneficum uocari uel iustum. uel liberalem. aut innocentem. siue
modestum. ac similia. sunt quidem hec preclare ad modum uirtutes. sed plu
rimorum sanctorum comites. proindeq; seruatiane excellentie. fulminea ful
guratione communiores. Namq; si famosam iohannis largitatem extollimus
eleymonis. quod iuxta uerbum apostoli omni petenti se hylariter dederit. quibus
studiis seruatium prestantem benignitatem consequemur. qua cura ineffabilem
pene mundum complecteretur. que insuper iuxta exemplum diuine bonita
tis ultro indigentibus omnibus solebat occurrere. nullisq; precibus euocata non
querentibus egenis semet ipse nature beniuolentia offerre. Sit pre
clarus ut excellenter est euuangelista iohannes. cui tantam gratie prerogatiuam

sp͡c s͡cs separauit. ut homo hebreus ac uirginalis simplicitatis. tam in
accessu splendore thematis. tamq; dulcedine uboꝝ incomparabili euglium
& apocalypsim. eplasq; suas greco sermone conscripserit. habeat egregi⁹
sorte alia paulus. p̄mus heremita. qui ne occisio salte ubo uita macula
uerit. omniu consortia hominu euitauit. sed dissimili utriusq; uirtuti
sic uni⁹ appropiabit seruati⁹. ut instar aploꝝ quoꝝ. oli in ihrlm locuti
uni uox. per sp͡c sci gram cunctis ipsis intelligibilis erat. cu euglizaret
xpm disparis lingue gentib⁹ tam romani quam barbari sermonis son⁹
simul ita dulcit elucideret exorore ipsi⁹. ut neutri ipso alteri lingue
resultaret barbarism⁹. sed ex uoce simpla loquentis uni⁹ inoffenso cur-
su singlis auscultantib⁹ tamqua genitiue lingue pflueret intellectus.
NB Cu uero exonr secari quouis negocio urgebat. interpretis adiutorio
utebat. uti ne uidelicet uel mun⁹ diuinu causis mundanis depeiare-
tur. atq; ipse loquelis mundalib⁹ ne contaminaret. Fulgeat u in eter-
na gla nullo minor nuptigenaru iohes baptista. qui uino & sice-
ra. omniq; inmundo abstinens. locustis & melle in deserto uita agebat.
seruet tam aliqd loci in hac quoq; gla glo̅so seruatio. qui parit hoꝝ
fere omniu abstemius. pret sacre oblationis libamentu. cotidie namq;
religione continua celebrabat sacramenta missaru. alteri⁹ epuli
nulla ferme die curabat gustu. Quo circa & qsi specie & anima.
quiddam; incorporeu ab uniuersis considerabat. haut miru si hec
illis incredibilia uidebant. quoꝝ deus uent est. Porro n & hec posset. pfecto
credentib⁹ omnia possibilia n essent. Nam reuera & nup in germa-
nie siluis monach⁹ pala multis not⁹ mansitabat. qui ebdomadas inte-
gras in abstinentia pertransiens continuabat. Alteru in ausonie uici-
nia pbatissimi testes asseuerant. solo eucharistie sustentaculo. etate
ultima egisse longiturna. Veru seruati hoꝝ nequaqua minor
enituit. qd siue fratru spuali caritate aliquotiens exorat. seu g-
uioris infirmitatis causa interpellat. licet raro. tam aliquando

ieiuniū soluerit. forsan ne uel in hoc differret a p̄mus ap̄lis. qui ad infirmor forma̅ receptione sua. dignati sunt. & mulierū q̄q; hospicia. Talib' igit̃ cōparari. he sunt laudes seruatii. At ū siquis uirtutes mor̄ n̄ dignitate sui. s; p̄signa miraculor̄ malit pensitari. hic talis est ac si nulla̅ diligat habere potentia̅. nisi adue stiū nitidarū licentia̅ fauorisq; popularis audientia̅. S; esto. Nonne ultro censebit eximia laude. ornandos petrū & paulū ap̄los. quor̄ umbra unius alteri' semicinctia. egrotis detulere remedia. Enī enūuero nec inhac ratione nulla seruatio seruabit̃ pars glīe. cui' cibor̄ reliquię lepsis & inerguminis. quales prohdolor. cateruati tunc ibant inplebe. celere̅ emundationem transfudere. Pedes insup & mani' seruatii. qui tetigisset eger. protinus icolumitate resumpta exiliebat alacer. Sic sic sup omne nom̄ ad dexterā patr̄s exaltat' comparatione sua hinc dignet̃. si dici fas est dn̄s n̄r pius ih̄c. ad cui' sacrę mani' contactū. mors & lepra. surditasq; fugerunt. mulieresq; una peccatrix maria. altera emorroysa. pedū siue fimbrię amplexu liberatę sunt. Quid illud. quod fluuiales guttę lotis manib' seruatii decurrentes. infirmis p̄stabant sanitates. Nū & inhoc quicq̄m habuit. q̄d dn̄icis opib' cōparari merito possit. Xp̄i nempe diuinū corp' attingens unda iordanis. toti mundo salutem iniciauit baptismi salutaris. uulnerato xp̄i latere decurrens aqua & sanguis. restauratione̅ orbi adiecerunt uitę inuiolabilis. O felix seruatii. o uere. terq; quaterq; idest sp̄u & corpore beatus. q̄ quantūlibet particulari & alonge. sanctitatis tam̄ & op̄um xp̄i adeo ueracit̃. adeoq; efficacit̃ potuit imitator existere. Eluceat ne quā expressa imago di̅. anima hui' exsplenduerit. cui' & excorporis attactu insimilitudine̅ corporis xp̄i sanitatū gr̄a effluxit. Istę sunt seruatianę laudes.

iste inquam uni specialiores. tam cunctis spectabiliores. ut non inter
uniuersos ecclesie confessores predicari. sed capiti domino primisque principibus
ecclesie principalium uirtutum signis meruerit assimilari. cui tam
et si eque. ut cunctis sequentibus ne primus fieret. summis meritis
preripuere priores. inter primorum tamen uirtutes inueniri. ut beatum. sic ut
At qui ne non plenarie particeps fieri posset christi s clarum est.
glorificationis. nisi socius fieret et passionis. ne ue nescirent homines an
sciret aduersa pati. nisi contigisset probari. sathan antiquus ille qui
sanctum iob a planta pedis usque ad uerticem ulcere pessimo percussit.
quique apostolos ad cribrandum uelut triticum expetiuit. idem ipse
pristina diritate contra seruatum octauienses concitauit. Murmu
re quippe ex detractoribus orto. clamabant. quid sibi cum aduena igno
to? Illum ignorare iuridicialia terre. non frequentare curias. non
amare gratias aulicas. gaudere solitudine et silentio. res et ho
nores tungrium ex eius inerti ocio prorsus labi retro. Effrenata igitur
seditiosi tumultus eruptione. tamquam ad latronem irruerunt
tota debachatione. utroque abstinentes uulneribus procul urbe
pulsum expulerunt. O letalium rea obliuionum. ceca mens hominum.
huncine sede illa abicitis. cui pridem illum angelicis imponi ma
nibus cum leticia uidistis? Tanta ne anglis celestibus pacientia. ut
animus terrestribus tanta furoris excandentia? Sed o quante causa
uictorie. quantique incitamentum gaudii fremuit ille. tunc erat serua
ti. qui sereno uultu psallens et tripudians ibat a conspectu furen
tis concilii. quoniam dignus habitus est pro nomine ihesu contumeliam pati.
Veruntamen nequaquam complacuit misericordie dei fructum laborum
sancti sui penitus dispergi. Egressi enim cum illo sunt fideles pluri
mi. compatientesque canonici. quos profecto nullus potuit uincere
terror. non deuoti comites innocentis patris persequerentur iter.
Nec in segnitia uacabant mesticie. uel luctu uano. sed uicina cir

circumeuntes castella et uicos. predicabant euangelium docebantque; dignos
donec traiectum eiusdem propositi causa peruentum est.
Hic in agris publici uia strata. que appellatur uia regia. uisebatur
mediocris basilica quondam a beato martino dum huic uicinius commo-
raret in honore domini saluatoris. petrique apostolorum principis ad titulum con-
secrata. Est uero locus abortu solari iocundis mose fluminis inunda-
tionibus oblectabilis. Ab austro riuulus montes et sata. Ab aqui-
lone ualles ac prata pulcherrime habens uisionis. Terram undique;
fructuariis refertam copiis. Via porro regia per prouincias et gen-
tes olim ab augusto sternitur nulla de sygonum ipsis in franco-
rum euntes regnum. per hoc traicit traiectum. Nam hac iter est
rectum. Quo perueniente seruatio. ediculaque prefatam ingresso.
tum uero tam passionis christi quam apostoli petri. omniumque; priorum sanctorum
pectus eius memoria refudit. Cum autem sancti predecessoris sui
martini mores et quasi uultum consideraret. ex dispositione ha-
bitaculi lacrimis obortis. quam congrue inquit. hec et illa constru-
xit. quam commode ad eum ipsis hic constituit. hoc loco steterunt pedes
eius. in isto cathedra illius. hac deambulauit. istac uerbum uite
pronunciauit. hic recubuit. hic dignas deo preces effudit. Igitur
perinde eo loci desidens. solique se deo ac sibi seruari committens.
omnemque; terrestris cogitationis materiam fugiens. ita demum
celo defixit spiritum. ut facta sibi iuxta basilicam cellula. preter
occursus ac discursus hominum. omnimodis uiueret solitarius.
Tamquam enim granum frumenti. ut fructum plurimum ferre posset.
in angusto cellule uelut in sepulchro terre. ultro mortuus
mundo et absentatus est. Uerum cum ex longinquis finibus populi
caritati illum adirent. animasque; suas illi caturi committerent.
pius ille solitudinem cupiens. multitudinem sustinens. lauda-
bileque; bellum benigno in pectore. hinc uotiue uoluntatis

illic contra pugnantis pietatis ferens. tandem pietas ut uince
ret. effecit. uniuersosque aduenientes paterna indulgentia suscepit
spiritualibusque ac corporalibus utilitatibusque; scilicet hominis alimentis uni
uersos refecit. Sic eo mirificauit dominus misericordiam suam cum illo.
ut cuius animum apposito reuocaret benignitas. eius uoti fieret
quoque facultas. Cum enim totum sese in se colligens. unicaeque sim
plicitatis amore uni deo inherere. totumque spiritum illi unire cu
piens. pro desiderio secreti silentium christum appellasset. repente de
celo affuit. qui assumpta hominis forma. quibusdam senioribus in
christi nomine congregatis. ac de communi salute consultantibus in con
claui apparuit. cur dilectum domini in incustodiendo uexari tumul
tibus sinerent arguit. increpantesque ut arcerent imperans pertransiit.
nec ultra comparuit. Stupore mox orto. nemineque dubitante num
cum talem missum de alto. tam notorum quam ignotorum nullus deinceps
dilectum domini a sopore diuine contemplationis excitauit. aut euigi
lare fecit. quoad ipse uoluit. Vacabat ergo iam preoccupatus gustaba
que et uidebat quoniam dulcis esset dominus. Et quia uidenti creatorem:
angusta est omnis creatura. in eodem sincerissime contemplationis
speculo. cuncta pene precognouit. que superuentura erant
penitus. penitusque subteriacenti seculo.

Ascensiones uero altiores in corde suo seruatio disponente superius
que adhuc. superiusque de conualle lacrimarum ascendere anhelante:
nutus domini qui helyam israhelitis post tennium reddidit. hunc
quoque de separationis sue restituit secreto. utpote spiritualem
lem sponsum delectulo floridio. Gaudium reddit. et lux rediuiua discipulis. occurritque illi uelut ex monte synai post dies
quadraginta. dimisso moysi. ac uelut iohanni de pathmo in
sula regresso cum sua apocalypsi.

At seruati non modo priuatarum sed et publicarum quoque causarum cu

ris· ac sollicitudine clar(us) apocalypseos sue uniu clemulle reuelare 14
discip(u)lis dignat(us)· typicatos p(ro)rem iohi scorpiones· locustasq; gale
atas· p(re)dixit barbaricas hunor(um) phalangas· de puteo abyssi sue
pgressuras fore· orbēq; florentis p(re)cipue p gallias eccl(esi)e· nomina
timq; urbē octauiā depastū ire· It rumor & pauor p ipsos &
p(ro)uincias· rogat(ur) s(an)c(tu)s instanciā aduenire urbē treuirinā· Assensit
s(an)ci benignitas· cōtenditq; obuiā illi omnis sacerdotalis dignitas·
totaq; regni sublimitas· Appellat(ur) exponere que nouerit· Exora
tus exponit· Occupat extemplo audientes horror & mentis he
bitudo· timorq; & tribulatio· Init(ur) consiliū· Placuit supplicatio(n)ēs
dirigi romā ad principē ap(osto)lor(um)· Querit(ur) legat(us)· Et q(u)ā pollentissi
mū p(ro)bat(ur) continuo· ut qui ad ipsū nunci(us) elect(us) fuisset a d(omi)no·
ue(n)ē ad ap(osto)lor(um) p(ri)ncipē int(er)pellator eligeret(ur) ip(s)e· Astipulant p
babilitati· Apposcunt uoce unanimi seruatiū legationi· Re
spondit se q(uo)d potuerit egisse· Cōmonit(us) & aliū· Sat acturū p sua
sorte· Superatus aut(em) uniuersor(um) instantia uix tandē adq(ui)euit
lenitate solita· q(uam)q(uam) nosset inmutari n(on) posse diuina decreta·
Hortabat(ur) aut(em) indicta ieiuniū· corrigi ausus indisciplinator(um)·
Actaq; est supplicatio a p(ri)morib(us) & plebib(us) pariter· pueris q(uo)q; inge
nuis· itemq; libertinis· s; & uirginib(us) cōsecratis d(e)o & aliis· uniu(er)so
q; incōmune ip(s)o· S; neq; sic satis expeditū sibi seruari ir(a)ti astru
xit· n(on) efferatam colonior(um) pseudo p(re)sulē· quē post tergū suū eccl(esi)e
nociturū timuit· eccl(esi)astica p(ro)rem seueritas iuridicialit(er) dis
cusserit· Illico p(ro)cedunt uniu(er)sali p(ri)ncipū decreto· ueredarii ue
loces agrippinā· cogit(ur) cetus clericor(um)· & senat(us) om(n)is ad synodum·
Pontifices postremo comitante singlos ingenti mole ip(s)or(um)·
Maximin(us) treuiror(um)· Valentin(us) arelathensiū· Donatian(us) cabello
nor(um)· Seuerin(us) senonor(um)· Optatian(us) treassiū· Iessius nemetū· Victor
wangionū· Valerian(us) autisiodorensis· Amand(us) argentoracensis·

simplicius augustidunensis. iustinianus rauracorum. eulogius ambianorum.
diuscolus remorum. diapertus aurelianorum. procedunt tempore statuto ad
concilium iudicantibus. aliis tum quibusdam penitentiam et correctionem
effrate indici non tantum oportere uirum tam clara sede subito
deponi. aliis sane perpauentibus ex hac uenia nichil oriturum
infausti. ne uti causa prestaretur sceleris dilatandi. hos illosque inter
mediastini sententia seruatii. sentiebatur huiusmodi. Videtur michi
defensio heretici et apostate huius effrate iniqua. si quis uelit
superare difficilius si rogare. Cum enim aspicio agripinensem hoc opi
dum. cuius ille blasphemiis suo inuoluit errore ipsum. uideor
michi uidere quasi furorem basilidis. resuscitatamque amentiam
carpocratis. Redduntur memorie mee perfidus apelles. intueor
mente alogos defitites. Versatur in meos ante oculos aspectus
macedonii. uesanumque facinus nestorii. Qualium quia uehemen
ter grauia nec ullo modo ferenda nobis decernuntur deliramenta.
idcirco seueros uos non iniurgia prebebitis. in deteriorem illius effra
tam. Plebs ista simplex prelati magistri conductum sequens nomi
ne putabitur innocens. Nos nos presides merito reatus arguimur.
qui hereticos regnare in ecclesia patimur. Effratam ergo qui christum
saluatorem meum negauit esse deum. ego nego esse posse episcopum.
cum quo sepe athanasio quoque alexandrino cognoscente contendi.
durumque conscientie pectus induratum deprehendi. Cui et penitenti
a si qua est expectanda. potius hanc censeo maiorum exemplo inter
laicos agendam. En nostra libertas patrum. urbesque templa et altari
a. uasaque sacra. expugiscimini tandem gentibus dispergenda traduntur
nostram ad noxam. et adhuc secure inimici ueritatis inter nos ha
bitant. Habitant. immo in synodum contentiosi, superant de so
liis magistrant. uincere nimis non desperant. Verum etiam si mun
dus omnis effratam defenderet. etiam mundus omnis saltem in hoc ue

[.]ritati cederet. Quisquis effrata secta non aversatur, uicleorum
blasphemias amplectatur. Nulla mora singulis pontificibus singulas
orationes ad eandem normam ordinati dictantibus effrata exorci-
natur. Severinus in locum eius vir plenarie catholicus et sanctus exaltatur.
Beato servatio romam profecturo gallia post tergum libera heresium
relinquitur. Traiectum tamen ante reliquit. Inde methis diuertit.
Ubi a sancto auctore ciuitatis eiusdem antistite susceptus honori-
fice, rogatu ipsius et fratrum celebratis missarum sacramentis in be-
ati stephani prothomartyris ecclesia lapidem altaris, erat enim spe-
ctabilitatis eximie, sed ruente desuper trabe dissiluerat, duc-
to per fracture margines digito in integritatem prius reconso-
lidauit pristinam. Miratus est beatus auctor hospitem operis
tanti, sed meritum opus sanctus servatius econtra beato ascripsit
auctori. Nunc diuisa pietate traiectenses et metenses illic
singuli suo assignant pastori. Beato autem auctore secum domnum
cum totius cleri et populi uberrimis fletibus tandem annuis longius
prosequente, seque omnesque sibi a deo creditos precibus illius commit-
tente, ille tandem progressus basileam transitis alpibus salu-
tat italiam, uisitat opida, illustrat castella, sanat egro-
tos, emundat energuminos, paulatimque transiens relinquit post
se diuina opera insolita predicantes. Post se ingn̄. Immo nouita-
tis quoque nuncia fama precurrens cunctam multiplici ru-
more romuleam percussit urbem. Denique non nullis romanorum
ea uia qua sanctus domnus uenturus fuerat quasi stella diuini ful-
goris ortu prius suis noctis apparuerat. Quo signo, famaque pre-
cedente, deus quantusque esset qui ingrederetur illustraturus
ciuitatem cognoscentes in psalmis illum et hymnis suscepere,
obuiam procedentes. Os quoque oculosque ac singulos sancti artus attonitis
lustrabant luminibus, mirabanturque totum corpus attenuatum ie-

iunus spiritualibus stupebantque gallorum legationem mestam legatumque ar
menigenam tantique demum nominis ac meriti fama resonabat
quoque diversi sexus et etatis uox altisona ipsas quoque coram applau
dere uideres plateas. uere hic sanctus sanctus hic uere inusitatique
decoris et potentie. At ille tanti pauens honoris appetens
autem conscientie simplicis disciplinam omnibus satis retulit gratias.
at sibi priuate habitationis delegit hospicium. Ante siquidem quam
palatium ingredi presumeret principis apostolorum omnium circa lustra
uit oratoria sanctorum continuis uigiliis intimisque lacrimis sup
plex suffragia implorans singulorum ne non dignus iudicaretur attac
tu liminum sacrorum. Heu quantum distat inter lucem et tenebras.
NB. inter sapientem hunc et mentes stolidas. Nos inpudentes polluto
corde atque illotis pedibus in sancta sanctorum securo impetu quotiens
libet currimus. ille innocens post tanta merita uirtutumque tot mi
racula longinque uacans penitentie foris stabat uelut indig
nus. unde et longe aliter ille meruit suscipi quam nostra soleant
uota respici. Expectabat autem diem qui est viii ~~kl. apl.~~ diem
inquam quo mysterio tam dominice incarnationis quam passionis eter
na mundo profluxerunt pignora diuine miserationis. sperans
eo tempore propitium ihesum clementiori uultu se exauditurum fore.
quo ipsemet pro totius mundi piaculis humanatus olim et cruci
fixus paternas aures pontifex et hostia dignatus est interpellare.
Nocte igitur optata seruatis antistes legationis gallice preces.
pietati saltem superne offerre presumens. primo continui silentio
sacre fluentibus lacrimis apostolorum cepit rigare limina. Deinde
crebris genuflexionibus procedens. manibusque secreto pectus
tundens. osculaque pulvereo pauimento dulcia inprimens. inter
uit luctuosum celebrare sanctuarium. uere et ipse pontifex factus
ingenuum. Cum igitur fletibus plurimis pugnans propriaque peccata quoad

ualuit purgans· indefesso spiritu· dum tamdiu diutiusque orationem protende
ret· nimia extenuatum inedia corpusculum· ibidem sicut humi pro
cubuerat· suauissimo sopore correptum est. Neque enim sopor ille
humanus fuit· uerum res accidit tam prophanis mentibus inusitata· quam
sanctis ab initio seculi speciali semper dignitate prerogata· Nam quem
abraham ad radicem mambre· quem iacob ad uadum iaboc· facie conspexit
ad faciem· qui moysi in innocua conflagratione rubi· ut senioribus
israel apparuit in monte synai· quem ysaias et micheas in solio uide
runt excelso· is non impari priuilegio presentari suo dignatus est seruatio·
Vidit namque et ante altare similitudo throni aurei et super
thronum sedens dominus ihesus· Illius ad dextris aspectus gloriose matris eius marie
uirginis· Per circuitum mille milia sanctorum· petrum autem et paulum apostolos
pletorium irrupit. ac sacri baptismatis latice sese amens pro

fuderit. Eiectus tandem ante ualuas ecclesię. uincto tumultu
abatur furore. In conueniendo autem presbiteros cum canonicis inuitum
ut in matutinis laudarent dominum. grandis erat timor ne repen
te clamosius incursitaret. diuinęque religionis aggregatorum
oculos atque intentiones in strependo contaminaret. Uerum gratia ce
lestis preordinauerat aliter. Nunciabatur enim pro foribus quieto iace
re sopore sopitus. Ipsemet quoque paulo post sani capitis expergis
cens. ubi nam tanto tempore fuerit mirabatur uehementer.
Requisitus porro de habitudinis suę qualitate. hac inquit noc
te media senex splendidior astris hac egrediens ecclesia compre
hensum me deorsum intra posuit. seque crucis signaculo singu
la menbra mea signauit et dixit. Age gratias beato seruatio
fili mi quoniam per illum te dominus uitę restituit. Putas ne gaudium
erat recordantibus qualem uidissent eum heri et nudius tercius.

Aliud eloquar simile huic.

Ex langobardia eiectum uenit. qui sepe se in fluuium mosam
cerebrosius. ut in alia precipitia periturum detulit. instar pu
eri. quem pater in euangelio sepe in ignem. sepe in aquam a de
mone angariatum asseruit. sed per gratiam domini quispiam semper ex
presbiteris succurrens. exceptum apiculo repulit. Neminem tamen
circum eiectinorum lesit. licet leodio paulo ante puerum occide
rit. Quadam ergo die dum extrema ueluti morte despiret.
beati domini seruatii nescitur quo sensu raptus. repente irru
it. coram altari corruit. obdormiuit. euigilans sanus exurrexit.
Denique deinde duos ibidem per annos cum edituis seruiuit.
postea patriam infeliciter reuisit. ubi pristinam protinus pene
infirmitatem periturus incidit. tamquam qui ardentis sodomę
flammis ereptus. inportuna curiositate respexerit. Ergo
neque salus ieiunantem. neque comitabantur remedia gus

tantē· neq; uota uouentē· neq; loca scōꝝ circueuntem·
Venīū cognati & affines· ū prius cōualuerit recensentes·
cū lotharieis redeuntib apłōꝝ de liminib furentē q̄
rexerīt traiectū· beati seruatij ad monumentū· ꝑuenit·
sanitatē ilico recepit· dō grās egit· patriā ult̄ n̄ repetiuit·
Pauꝑ paraliticus ad beati uiri memoriam
ī sella delatus· extra ecclīam iacebat· ꝑpetua fere anni
hieme· penitꝰq; forsan asꝑitate algoris extinctꝰ interisset·
nisi bone recordationis canonicꝰ albertꝰ hospicio suo eun-
dem q̄si lazarū patrīsans abrahamides· ī sinu suo sepe ūiexis-
set· Labentib ita horis ac dieb patientia uniꝰ· cōpassio exer-
cebatꝰ alteriꝰ· donec estiuo tēpore beati reuoluebatꝰ seruatij
festiuitas· ī qua paralitico ꝑfecta sospitas· canonico ꝑfecta
ꝓbata est cōpassionis caritas· utriusq; pondus & labo-
rem· seruatiana sustulit sanctitas·
Venerat & dodꝰ n̄ nullius ibidē ex cognatione notus·
Hic ut orationes suas offerret dō ꝑtensius· pꝰ horas
canonicas ī ecclīa remansit frequentiꝰ· Quē mansionarij
uelut occupatū uana ẏpocrisi multociens eiecerunt
cū cōtumelia· Propulsus extra limina n̄ nunq̄ ibidem
ꝑnoctabat· omīa patient̄ ferens incōmoda· urebat e-
nim eū acerbior uis doloris in anima· Cuiꝰ humilita-
tē qm̄ respexit dn̄s· cū die quadā seruatianū inuocasset
nōm in medio ecclīe ante crucē scām ꝓstratꝰ· ruptis
uenis ex eo cruor copiosius effluxit· Ille gemitū horrendi
clamoris ex imo pectore ꝓduxit· Obstupuere p̄sentes·
accurrere absentes· quidnā acciderit ꝑquirentes· Inno-
tuit salus saluati clero· & omīs plebs ut uelit dedit
Porro iscēē in dieb anglīā ꝯ laudē deo·

cũ pluribus adibat quidã flandrus. Naues uiginti octo
simul ĩfluxere occeano. Quarto uero dierũ ceciderunt carba
sa uentis. Que ũ fides uentis? Primo introitu equali con
fulgebant carceria processu. instarq; pariles auiarũ cignorũq;
uolantiũ ordines. intexentib; leta serie resplenduerant extra
uelis. Circa horã diei t'ciam tempestas oceanũ conquassabat
asperrima. diuersoq; flabrorũ ĩpetu per diu'sa turbato iacta
bantur processu. Nubiũ inhorruit nox atra. insonuere
tonitrua. fulminauere micantib; ignib; ethera. Eurus cois
arctois. aquilo inferebantur a plagis. crebroq; procellis af
fricus. imos a profundo euoluebat fluctus. intumesce
bantq; usq; ad celos. et reuoluebantur subt'raneas usq; ad spe
cus. Extimplo frigore soluebantur menbra nautarũ. intone
quebaturq; clamor pauitantiũ. stridorq; rudentiũ. uoue
runtq; uiri uota sc̃is om̃ib; in celũ oculis. manib;q; sub
pinatis ad dñm. quisq; patronos gentis sue inuocantes
ob imminens exitiũ. solus autem flandrus solũ unice in
clamitabat. proprie conseruatione seruatiũ. Iam rates
alias ruptis uelis. ruptisq; remis. aduersas in proras
procelle ferebant. turbinesq; latere obuerso exceptas cir
cũagebant. alias prerupti aquarũ montes rapido uertice
subruentes uorabant. Cerneres istinc tumulis eleua
tam fluctib; inter sydera carinã pendere. istinc comminus
unda inter fluctus dehiscente nauticus calamitatib; t'rã
apparere. Neq; ũ iam itineris. aut patrie superat mise
ris memoria. neq; spes uite ulla. sola mortis expectatio.
precipitarũq; ruinarũ intuitus. ferali tedio exules. ĩspu
mantis elementi conficiebat abysso. Traditũ est ĩ periculo
tali paruulos ĩ sinu matrũ dũ mortem intuerentur. esse

extinctos. matresque ipsas exanimatos paruulos amplexas
ante ruinam metu obrigescendo emortuas. animasque paru
tantium ueluti mortis tempus prefugiendo egisse. ne se
quasi cum corporibus ab hiante caribdi conspicerent absorbe
ri. Tante sunt elationes maris. tanti horrores marine
procellositatis. gurgitosorum uoluminum sonitus. tamquam mirabi
lis in altis dominus. Sed repente tantorum ex medio motuum. tamquam
manu hominis littori attenta est que Flandrum contine
bat ratis. omnibusque reliquis fluminum. pelegique furori relictis.
quas inimica uicit hiemps. rimisque fatiscentes. laxisque
laterum compaginibus. omnis letiferum inbiberunt ymbrem. absor
bebanturque inuasti equoris profunditate. Quid referam ar
ma et tabulas uarias quoque gazas. et uestes raros que uirorum
frustra spumoso in gurgite nantes. Quid quod sepe ferunt se
mihomines que pisces semipisces que homines sirenas tempesta
tem nautis premisisse quantumque humane habuerant forme
undis ultra enudasse. mortuosque passim fluitantes uiros.
ulnis subleuatos ad conspectum nauigantium sustentasse. celumque
punctumque dulcis querele altisonis uocibus personuisse.
Quin immo illud nequaquam supprimendum. quod hii qui
rate una naufragium euadere potuerunt. personam domini
~~seruati~~ apparuisse sibi lugubres narrarunt. atque indi
casse cuncta que decreta euenerunt ceteris deinde ac
ciderunt. postquam scilicet ipsi tanta de uoragine mirabili
ter se ereptos ammirati et congratulati sunt. Ob quam
rem confestim sepulchrum eius adeuntes erumpne saluati
onisque sue hystoriam publice retulerunt. uota sua soluen
tes. et laudem domino annuntiantes. stupente maximo
Flandro. cum inexcogitabili gaudio. quod tam cito fere ser

uatum in articulo periculi periclis celo deuocasset. quam si a pe
dominus in naui dormiens excitatus a discipulis a minis uento
rumque increpationem euigilasset.

Miles quidam gentilitate brabandus. genere ingenuus
ingenii mali ac praui. corporis uasti ac ualidi. fasque nefas
que omne pari pendebat. sacrumque profanumque nichil inter habe
bat. modestis tamen ac mitibus atrocior imminebat. Quo in una
dierum ferociente in medio ipsius aggrauata super eum est manus domini.
multisque intuentibus repentina ruina occidit mortuus.
Stupor necnon timorque non merito apprehenderunt presentes. Vela
tus proinde ab amicis domum. die altera efferebatur ad sepeli
endum. Inter agendum autem dum longilatero extenso et obtectus
asportaretur feretro. inopinatum spectaculum mortuus prebuit.
membra commouit. manibus opertura diuoluit. gestatorum me
dio consedit. ambutisculisque uultu oculos circumflexit. tur
bam comitantem stupens ipse aspexit. Quid continuo non
pauoris. quod non ammirationis. Pars cursim indusia festina
bat fugere. pars frontem crucis signo munire. alii horroris
frigore genua lapsare. pauci fide solida cominus astare. Hii
uero hi qui onus quadrangulum humeris sustulerant. ceu igne
imprudenter attacto. uel dracone inter herbas repente cal
cato. ut moueri super uerticem cadauer mortuum cerne
bant. capti pauore persangues expalluere. exclamauere.
desubter dissiluere. procul fuga pulsi. uix demum pedes fixe
re. tantique ad nouitatem portenti examines eminus
admusitauere. Is porro qui reuixit. ut singula prospexit.
ut queque agebant intellexit. complicatis in condilos digitis.
pectus tutudit. grauique suspirio ingemuit. Deinde in pe
des suos attollitur. progreditur. loquitur. Quos pauor pepule

rat. calor curiositatis revocat. medium gyro circumdant. constipant.
an vere obisset. ubi nam fuisset. que quam ne vidisset rogitant.
Ille demum consistente spiritu ut primum aut heri. oculis ac pectore
nocte acerbam subiit. uti corpusculum hoc velut ergastulum
exivi. ac membra velut vestimenta exui. meque spiritum nudum atque
unum repente vidi. tum demum infelix demoniaca fraude me
deceptum intelligebam. tum cuncta facinora sero recognovi que
feceram. neque me dextera lance momentum meritorum ad sedes
et concilia insontium animarum piarum iustorum transtulit. sed ad loca
tormentorum demonibus impellentibus via peccatorum me rapuit.
Quis genera. quis horrores. quis immanitates referat. aut credat
suppliciorum illius sortis. immitesque vicissitudines flammarum
sulphurivomarum. et diri algoris. Post cruciatus innumeros.
doloresque infandos. rursus attollebar in aera. offendique illic
incendia. ipsis potestatibus aeriis perhorrenda. Ignium illorum
rogo maximo imponebar. adurebar. consumebar. in cinerem ac
pulverem usque. ut ex quo revera non videbatur. comminuebar.
Hoc studio penarum infernalium. veluti gentis exagitatus sum.
tum postremo post alteri mali principio. pavendum Christi ad tribu-
nal examinandus trahebar. Heu infelicium sortem miseram. que dulcem
Christi demererentur graciam. Sed quid autem hec ego vobis nequaquam vel
multis forsitan nocitura revolvo? Quid ve moror? Cur non
aliquid potius quorum tempus indiget molior? Iuro celestem
vitam animarum. consciosque rerum illarum angelos iuro. vererer
me incredibilibus dictis veritati fidem derogare. vobisque
in non convitendo infidelitatis noxam accumulare. neminem
non inexpertum huius seculi. ut piorum gaudia. ut miserorum pia-
cula. posse ad purum pensare. Tum vero astantes ardentius
inflammantur. et singula obnoxe suscitantur. spondent cre-

dentie deuotionem . confessionisque participationem . Prosequitur
secum ipse palpitans . ac tremulo admodum corde inclamitans . Produce-
bar . accusabar . discutiebar . nichilominus conuincebar . condemp-
nabar . eiciebar . Prestolabantur parati ante portam in uultu-
rum specie demones . reum rapturi ad inferos inferiores . Vici de-
feci ultima desperatione anxius heu . illa necessitas arti-
culi mediturienda incessanter omnium hominum . Exigebar pro
minutissimis cogitationum et uerborum minutus rationem . qui
grandia expurgare facinora nequiueram posse . Infimum tarta-
reum spes omnis euanuisset . nisi protinus ille singularis pie-
tatis et meriti sanctus seruatus iudicantis domini pedes appetisset .
obtinuitque mihi uitam non spiritualem illam sed corporalem istam . neque pro
delectamento dierum longitudinem . sed pro penitentia tantum annos
septem . Ad me quoque conuersus . consolare iam fili inquit .
illiusque angustie semper ut memor esse inditur . quod meo ex
corde preceptum . neque lancearum depellat unquam ferrea seges .
neque pilorum uulnifici ymbres . non lunati legionum congre-
dientium enses . obuia queque in mortem metentes . non terror
fulminis . non omnia subruens ignis . nulli carceres . nulli
dolores . nulle mortes . neque omni morte tribuliores tempes-
tuosi maris horrores . Denique ingenti fama bonitatis sanctus
ipse sacer ingentior actis . manum salutiferam extendit . meque
tenuem fere fauillam erigit . mox diras estuantis adhuc dum
in me incendium reliquias sacer attactu extinxit . et cicatrices obdu-
xit . incolumemque me spiritum rigentibus gelida morte membris
restituit . Que ego quanto magis tante benignitatis ac po-
testatis intelligo . tanto michi equum est illius nostro ex pectore
uultum aboleri . sed illum colere . sed illum uenerari . sed illius
semper uoluntatem sectari . Discite rumores alios ex aliis

ego calamitatis tartaree presto sum testis . que tamen et si natura
sunt infelicem . haut quinquennio tamen ultra veritas arguet mendacem . Ho
re quidem labuntur et dies et menses . et anni . in inducie breviantur ter
ribile ad tribunal repedandi . Perculsit tamen iam cor meum salvatio
nis magna spes . simulque beati patris mei servatii conspectus .
incussit ardorem illius me ut nomen diligere sic et monumentum
invisere . Talia effatus iter dirigit traiectum . plurimique audienti
um . haut dissimili devotione comitati sunt . Ibi multifariam do .
auxiliisque celestibus gratias referens . atque alia quaque versum orato
ria sanctorum . penitentie fructus parturiendo circuiens . post
hyemes quatuor . et tres hilaris decubuit . utque puras men
tes semper amavit sancti . bone iam illi conscientie sanctus fide visorum
servatius apparuit . illeque relabente in quatuor unde concreve
rat elementa corpore . sed iam anima atque ad summe trinitatis ima
ginem reformata . cum servatio quem pro tribus patrinaliter
adierat . ad congregationes iustorum tripudiantur abibat .

In littore rheni in monte . haut longe coloniensium ab
urbe manebat quidam presbyter magne vite et sanctissime .
Hic solitus erat singulis fere noctibus vigilare in psal
mis ceterisque divinis laudibus . Diluculo passionis dominice
mysteria celebrare . celebrando seipsum offerre hostiam
vivam et veram altissimo . Hunc sane ipso longe lateque
in regione illa posito placuit . placuit vere et maio
ribus cunctis non minus clericis atque laicis . In monte
dum erat divinis omnino vacabat . At cum descenderet
omnibus condescendebat infirmis et debilibus . memor domini
ce consuetudinis . qui ne laborarent invalidi et imbe
cilles semper infima petebat . Hic pauperes reficiebat hic
infirmos visitabat . Hec faciendo . omnia factus est omnibus .

Preterea ecclesias sanctorum memoriasque eorum semper frequen-
tabat. et maxime beati seruatii intraiecto. Quadam
uero die cum more solito ascenderet in montem, grauis-
ter infirmari cepit. Conuocatis proximis amicis et cog-
natis. omnia que habebat propria manu tribuebat.
Celestia amare. terrestria conculcare hortabatur. cum sub-
bito personam domini seruatii adesse letabatur. et in hec
prorumpens uerba ait. Congaudete mihi filii dilectissimi.
quia quod semper optaui iam uideo. Et conuersus ad eum
omnibus audientibus. accipe inquit pater seruati spiritum meum.
Et eadem hora obdormiuit in domino. Tunc omnes qui aderant
glorificauerunt deum. et beatum seruatium. uere scientes
quia saluatus est per eum.

Esse dicunt in lotharia oppidum quoddam. oppidum quidem
nobile et regale. quia regia proles beata gertrudis.
et presentia sui sanctissimi corporis ornat et nobilitat.
meritisque et precibus gloriosissimis conseruat. et quod per
misericordiam conseruabit in eternum. Huic uero in eodem oppido
feminarum congregatio. nobilitate generis. probitate
morum. et omni genere uirtutum. magnarum atque proba-
bilium. Inter quas una aparentibus. dicta oda. huma-
na diuinaque pollens sapientia. Non erat illi similis
in ieiuniis. in orationibus. et uigiliis. Amabant illam
honorabant illam. ut matrem. ut sororem. et filiam.
Hec sane habebat fratrem. iuuenem quidem. sed heu
nullius probitatis. nullius pietatis et honestatis.
De qualibus per prophetam dominus. non dimidiabunt inquit
dies suos. Unde contigit eum intra flores ad-
olescentie. uiam abisse uniuerse terre. Licet

enim omni cognationi meror· luctus atque dolor: sorori tamen maior: utpote non ignoranti quia iuxta psalmistam pluit super peccatores laqueos· ignis· sulphur: et spiritus procellarum· pars calicis eorum. Ideo pro peccatis eius nunquam flere cessavit· orare nunquam desiit· Quapropter factum est. quod eidem sorori sue domino non ignorante· semivigilanti quadam nocte apparuit. Que illa diligenter intuens· ait. frater meus· an alienus· frater inquit tuus· soror dilectissima. At illa· Quid est frater? Bene inquit ille· Atque illa· Quomodo inquit bene est? Sirite recordor frater· nunquam bene. Beatus inquit servatus obtinuit. Illa respondit· Quare ille est? frater ait. Quia iam tercio discalciatus et cilicio indutus· ad sepulchrum eius veni: et pro modulo meo eum honoravi. Non solum me est. sed quotquot veniunt consolatur eterna leticia· Consolatur vere consolatur? sicut ei promisit rome in concilio sanctorum· dominus noster ihesus christus apostolus. Hoc profecto donum misericordie sue tungrenses primitus· magis autem inanimabus· peperunt. Hoc totus etiam mundus et ego dissimilis omnibus· Audi queso soror quod dicam· audi· ut spes tua firma sit in eo· mirabile quiddam· et vix credibile· Postquam hominem exivi· proh dolor: deputatus demonibus. fiunt· In medio eorum quasi ovicula in medio luporum trahebar: lacerabar: sulphure et pice apostatarum vice anglorum urebar. Urebar ferme· in cineres et pulverem. Et ecce cum impetu inter multa milia· ante cuiusdam menia civitatis ferebar: Abintus petebant auxilia· quia nulla poterant foris habere presidia· Imminebant et ibi spiritus maligni· Unde

luctus. planctus. & clamor uehementissimus. Post multum
temporis, aperiuntur porte ciuitatis. Egressus continuo
quidam statura procerus. nimium decorus. cuius facies
ut radius solis resplenduit nobis. & uocans nomina
tim omnes qui ad sepulchrum eius uenerant traiectum.
cum omni mansuetudine introduxit. Alii uero cum
uellent irrumpere, clausa est porta. Nos autem ad
nutum iudicis in respectu glorie sue. ubi angeli. ubi
archangeli. omnisque chorus celestium gaudet & exul
tat sine intermissione pro seruatio beato ~~seruatio~~
adiuuante sumus positi. nullius felicitatis exper
tes. nulli gratie. Que ergo felicitas soror incircumscriptum
dei uultum contemplari. eius in qua in quem desiderant
angeli prospicere. & in quo letantur omnes sanctorum anime.
Ille forsan & uere agnouerat qui dicebat. quod oculus
non uidit. & auris non audiuit. & in cor hominis
non ascendit. quod preparauit deus his qui diligunt eum.
Hoc adquerendum non incongrue apostolus hortatur. existi
mo quod non sint condigne passiones huius temporis,
ad futuram gloriam que reuelabitur in nobis. Hoc igitur
bonum cum plus ceteris inquirere & habere labo
raret beatus ~~seruatius~~. meruit dona potiora domino
donante ut uides hodie accipere. Respondit soror
eius. Si ita est ut dicis. quid necesse fuit iterum
uenire ad miserias & calamitates huius seculi. & cenu
lentam uisitare patriam? Ut dicam tibi aut quia citius
transibis a corpore. & nisi per uerum difficile aut numquam
quod queris inuenies. Porro euigilans soror sur
rexit gratias egit. & sicut certior de uisione. ita

certius operabatur de omnibus. et iam tertio benignissimi patris
de sepulchro rediens. gaudens et exultans statuto tem-
pore transiuit e corpore. relinquens omnibus certam spem
et fiduciam magnam in eo. O mira et ineffabilis gratia
saluatoris. quia licet chaos magnum inter uiuos et
mortuos firmatum sit. anime tamen bonorum uisitant
suos. consolantur suos. in benedictione eius perpetuam.
uti et ipse dominus ihesus beato ~~martino~~ adhuc cathe-
cumino apparuit in conuentu angelorum. representans
ei uestem quam priori die pauperi dederat. Alia alii
per ihesum unicum saluatorem nostrum.

Operepretium est o philochriste nomen sancti huius multipliciter
predicare. qui reuera a deo de quo psalmista canit.
deus meus misericordia mea. mundo labenti est destinatus
ianua misericordie. In eodem oppido de quo superius sermo.
inter puellarum gregem mulier mulieri superiori equiuoca
erat. que nobilis nobilem uirum nepotem habebat.
Viuebat idem secularium more. qui profecto nichil peri-
culi putant stipendiis suis uiuere. sua omnibus
modis retinere. iras. inimicicias. prosus habere. qui
nesciunt illud apostoli perpendere. mundus transit et eius
concupiscentie. Hic quadam tempestate annuatim
recurrente natali gloriosi presulis ~~seruatii~~. discalciatus et
in laneis pedes traiectum adiit. fidele patrocinium sancti
huius fideliter implorauit. imploratum sibi promeruit.
ut in sequentibus patebit. Inde regressus. octauo die
ab inimicis comprehenditur. et occiditur. Ea uero cuius superius
meminimus (neptis) soror est. assiduabat supplicia pro salute
anime. elemosinis attentius insistebat. uigilias plus

solito ducebat · et cum ceteris pie conuersationis uitam
instituisset commendabilem in conspectu diuinitatis
eterne amplexabatur · Infra dies triginta obitus illius hec
agebantur · Cum una noctium semiuigilanti in presbyterio
iuuenis apparuit · et requisitus qualiter esset ei utrum
cum electis an reprobis sortem accepisset · bene inquit
dulcis amica · ne formides · Dexteram quo aufugit dolor
et tristicia atque suspirium · fidelium quoque anime felici
iocunditate letantur accepi · sinistram que malorum
exercet penas et ad impia tartara mittit euasi · Ante
te octauam diem qua morte multatus sum · pii ser-
uatii limina adieram · cuius fidele patrocinium quod fideliter
imploraueram · feliciter expertus sum potentem posse in distric-
ti examinis iram · dum debitum supplicium auertit · im-
petrans michi indebitam misericordiam · Satisfecit audienti cum
uerbis leticie loquentis leta effigies · et certior facta
quanta inquit dignitate pollet seruatius ille inter celes-
tes? At ille · Seruatius inquit de quo fideliter requiris?
seruator est curie celestis · In hec ultima uerba lo-
quentis · uisio finita est hec audientis ·

Henrichus leodiensium episcopus impetrauit ab imperatore
henricho · quoddam seruatiane possessionis predium · quia
fere tertia pars possessionum eiusdem beati seruatii re-
gibus deputatur · ita tamen ut nonas et decimas ex omni-
bus ipse sanctus accipiat · Hoc igitur episcopus impetratum cuidam
episcopii sui uasallo · lamberto de foron in feodum concessit ·
siue exheredato legitimo possessore · uidelicet pio
seruatio · tenuit illud quandiu uixit · Eo mortuo ·
a comite louaniensi peruasum · et cuidam militi eustacio ·

predictum concessum est predium. Interim traiectenses
canonici possessionem suam multis proclamationibus
repetebant. sed non erat qui audiret aut iudicaret.
Placuit tandem beato servatio ut sibimet ipse
advocatus existeret. Cuidam quippe heremite per visum apparu
it. et predicti eustacii avunculo denuntiari iubet. quod
eodem anno terminum vite habiturus esset. Quod et factum est.
Illo itaque mortuo. per eundem eustacium heremita commina
tur. quod propter supradictam possessionem ipso anno mortis sub
iturus esset sententiam. Credidit ille in morte avunculi
veritatem nunciantis expertus. tandemque penitens sibique
bene consulens. pii confessoris sepulchrum nudis adit pe
dibus. culpam fatetur. nec solum quod exigebatur reddidit.
sed et sua sancto devote et humiliter obtulit. Deinde peni
tentie viam ingressus peregrinationem suscepit in gal
liam. ad suffragia sancti iacobi beato servatio specialiter se
suaque viam committens. Cum quippe ille iamque in reditu esset.
gravi infirmitate correptus. pronunciante sibi mortis tempus
adesse credidit. Tunc pie et humiliter compunctus. fidelem
servatium cui se commiserat lacrimabiliter interpellavit. ut
sibi aut celerem mortem. aut celerem indulgeret sanitatem.
quia propter eum socii itineris tardabantur. Mox autem ut
hec oravit. misericordia dei et beati servatii dormire eum
fecit. Statimque ut a somno surrexit. ita sanum se sensit.
ut tam subitam virtutem esse miraretur. rediensque ad servia
torem suum fidelem servatium innumeras gratias retulit. omnibus
contestans manifestam visse virtutem illius et pietatem.

Quia iuxta verbum angeli ad tobiam. honorificum est
opera dei revelare et confiteri. quidam episcopus de saxonia ut

audiuit beati seruatii uitā nobiliusē conscriptam· nobi
lius dictatam· toto affectu cordis querebat· ab amicis
quere non desistebat· Erat enī in helisatia quedā abba
tissā· magno genere orta· Hec nota eius ex ppinq̄tate
psapię· & dilectionis magnę indño· Ipsa habebat libel
lum eius· pro quo nuncii & litterę plures uolabant
inmedio· frequent̄ sane· in hoc ipso agebant· Attamen
desideria bonoꝝ dilata n̄ pereunt· s; amplius crescunt·
Quapropt̄ descendit ad eam· cū militib;· n̄ minus uicenis·
Erat aūt gaudiū utrisq;· Pueri uō ut inmaio mense· ipas
cius cū equis· Erat castellū nec longius abeis· Iusto cō
silio q̄ inipso erant· tollere eos omnino laborabant·
Domnus uō epc̄ pnimio desiderio incenat⁹ lectioni uaca
bat usq;· mane· nolens desistere donec libellū plegis
set· Interea fatigatus somno caput īmanib; deposuit·
& obdormiuit· & ecce aderat cui uitā legebat· & omne
consiliū iniquoꝝ retexuit· Expgefactus grās egit· & mis
so puero omnes equi & homines saluati st̄· ipso anti
stite dicente· q̄a n̄ est similis tui indiis dn̄e· & n̄ est
secdm opa tua beatissime pat̄ seruati· Post triduū uō
pontifex ad sua rediit· maiorib; & minorib; opa patris
amantissimi ubiq; reuelans· & opa magni dī·

Abbatissa de helisatia religiosa deuotione uitā eandem
hui⁹ sc̄i legere cōsueuerat· & pnimio affectu quo inma
super eū erat· quocūq; iisset libellū hunc secū fre
quent̄ ferebat· Accidit autē quodā tempore cū in
partes helisatię pexisset· ut indomo epi apud quē
hospitata fuerat· quidā eius familiaris cleric⁹ esset·
qui multis locis graues inimicicias· & uitę suę

insidiatores haberet. Moris est enim apud duros regionis
illius incolas. ad inferendam ultionem inimicitiarum. etiam
sacro clero non deferre reverentiam. Hic quod cum vigilias no
cturnas agerent. regressus a monasterio libellum supradicte
vite sedili superiacentem repperit. sedens que cum lumine.
diu cupitam sibi vitam legere cepit. Itaque cum legeret somno
repente corripitur. paululumque dormitans. videt senem assi
stere veneranda canitie. talia sibi dicentem. Quid inquit
dormitas? Surge. et mortem instantem quantotius effuge.
salvatus beneficio servatii cuius vitam legis. Exiliens ille
subito clamat sibi subveniri. talia sibi senem servatium
dixisse. iam sibi equus pararetur. ne dissimulans ab ini
micis comprehenderetur. Cumque ei diceretur somnium esse. som
nus non esse credendum. numquam inquit ille vanum hoc re
putabo somnium. iam inimici in vicino sunt. Ascenso igitur
equo quantotius erupit. fugam suam salutemque fideli servatio
magna fide committens. Vix autem miliarium unum
quantumvis velociter currens evaserat. cum ecce multitudo
armatorum domum irrumpens. incredibili furore cuncta
perturbat. cuncta diversoria. queque cubiculorum abdita
debachando perrumpit. lecta quoque cecis gladiorum icti
bus appetit. si forte iacentem clericum in quolibet conti
gisset detruncari. At ille fugiens et salvatus. magnum
omnibus fuit exemplum. non perdere illos gratiam. qui huius
sancti pie ac fideliter legerunt vel audierint vitam.

Eadem abbatissa aliquando infirmata sic iacebat per tres
dies. ut in sola mortis expectatione pendere videretur.
Visum est ei sibi apparere beatum servatium in habitu
sacerdotali. baculum in sinistra. thuribulum tenentem in

dextera. cui⁹ palliū quo indutus esse uidebat᷑. cappā uide
licet. sicut moris ē epis fieri. sequens iuuenis utraq; ma
nu a brachiis exerebat. Cumq; sibi thuribulū quasi p icen
si odore obtulisset. tamquā ab ipsis faucib; mortis re
uocata. in seipsā expta ē piū esse ac salubre. memoriā
tanti pontificis habere. Item clericus quidā aquisis
infirmat᷑. et iam in confinio mortis positus. hoc tm̄ p
euntē seruatii. adiutam est reuocat᷑. Vidit beatam
dī genitcē mariā. in throno sedentē. et huic inde assiste
re illi beatū seruatiū. scmq; Nicholaū uidelicet qb;
ipse deuotus fuerat. pro se orantes. Ipsū autē beatū
seruatiū ꝓpius astare et attenti⁹ orare. atq; ipsi beatā
mariā salutē ei⁹ pquo rogabat᷑ annuere. Cui rei fi
dem fecit stati subsecuta sospitas. nā deinceps con
ualuit. q̇ iā magna ex parte ꝑmortuus fuerat. +
Quidā coloniensiū clerici simul & laici ierant ad orati
onē in iherosolimā. Cūq; in mari tēpestate laborarēt.
uotū fecerunt de rebus suis. qndecī lib̄s. incerti cui⁹
libet scōꝝ seruitio eas deuouentes. uidelicet cuius
patrocinio et p̄sens piculū euaderent. et de reliquo se
curi iter pagerent. At cū incerti essent de patrono.
et singli pro suo q̇sq; arbitrio ul̄ affectu. illū atq; il
lum scm̄ ꝓferrent in patrocinio. hi qui erant sani
oris consilii. incertitudinē hanc dubiā abhorrentes.
in crastinū rem distulerunt. dī poti⁹ ordinationi
committentes. nō quē ipsi eligerent. sed quē ipse eis
dignaret᷑ tutorē annuere. Itaq; mane orto. ul̄ occul
ta edocti cordis inspiratione. ul̄ apta noctis cōmoni
ti uisione. manifeste ū grauissima compulsi inq̄

nentis periculi necessitate. omnes unanimes uno uelut ore
pium inclamant seruatium. eum preceteris tum sibi clementiorem
fore iudicantes. eum lacrimis inuocant et eligunt adiuto
rem. supradictas quindecim libras eius specialiter seruitio deuouen
tes. Postquam uero hoc uotum ut dictum est. ipsi specialiter assigna
uerunt. extunc et deinceps nullum passi periculum. omnes inco
lumes ad sua reuersi sunt. Pecuniam illam quam huic sancto deuo
uerant. persoluunt in quadam ecclesiola nomini eius dicata.
que olim a beato seuerino in eo loco quo super eundem
beatum seruatium a roma redeuntem hospitio susceptum et
orantem noctu celitus columpnam luminis demissam ui
derat. quo etiam in transitu sancti martini celestem melodiam
audierat constructa. et porta celi nuncupata. nunc autem
pre incuria neglecta erat atque deserta. Hanc itaque restru
unt. totum altaris ibidem restituentes seruitium. et lumina
re impetrant. Habetur in monasterio eius clauis illa quam
ab apostolo petro accepit. dum oraret apud eum pro imminenti
excidio galliarum. que huius uirtutis esse dinoscitur. ut
siquando soricum pestis. aut tale aliquid agros inuaserit.
ipsa per agros deportata omnem huiusmodi putredinem
funditus extinguat. Testati sunt clerici qui eam ali
quando per agros hasbanie. thesandrie. atque saxonie
circumtulerunt. cum eadem qua ierant uia repeda
rent. se aceruos inuenisse soricum extinctarum. Hec ali
quando cum thesauro ecclesie a furibus noctu sublata
est. Clerici autem pro ea potius quam pro thesauro non
modice contristati. statuunt per hoc communiter in
uocare dominum. triduanumque ieiunium. atque sollempnes
letanias. sibimet indicunt. Cum igitur letanias

agendo longius procederent. uiderunt enim cuidam spi-
neto maximam auium multitudinem insedisse. deo utique
per hoc eius rei pro qua rogabatur indicium dante. Siqui-
dem fures cum partem thesauri distraxissent. diuinitus
perterriti reliquam partem et ipsam clauem sub illo spine-
to fossa humo absconderant. Foderunt igitur et ita
inuenerunt. sed quod ad cumulum doloris accessit.
ipsam clauem in duas partes fractam repererunt.
Cumque fidelibus ac probatis artificibus redintegranda
committeretur. nequequam eorum sequeretur effectus. dolen-
tibus et anxiis omnibus apparuit uni ex clericis fidelis
patronus seruatius. non posse ait arte humana re-
fici quod ab homine factum non esse constaret. queren-
dum esse diuinum auxilium ubi humanum succum-
beret ingenium. Sic itaque commoniti post solis occasum
altari illam imponunt. et ad matutinorum sollempnia
surgentes integram ac solidam recipiunt. deo ac patro-
no suo beato seruatio gratias in omnibus agentes. Tu autem.

Mulier quedam uenit ad monasterium huius beatissimi
seruatii. que miserabili peste ueneni intumuerat. adeo
ut tamquam follis uento inflante distentus. ita toti cor-
poris eius pellis turgida ac distenta uideretur. Erat
tunc quidam clericus nomine Rado. ipsius monasterii atque
sacrarii custos. cui miseranda mulier magnopere
supplicabat. ut sibi de pignoribus beati seruatii ali-
quam benedictionem impenderet. eo quod haberet fidem
quod uirtute eius ab illa morte posset liberari. Visum est pre-
dicto clerico particulam dominice crucis que ibi habe-
batur aqua lauare. et ipsam aquam petenti mulieri fi-

aelit' ppinare. Qd eu fecisset. nulla magna fide bibisset. egsta
stati tantu noui humoris euomuit. ut miru esset una ho
minis corp' tanta morte qualit' unq. ferre potuisset. Mor
reuisa eu magna uoce magnisq. lacrimis gras agebat. os
tendens in membris suis laxas pelles. qs illa pestis uomi
tu egesta uacuauerit. ut q illa ante n uiderant. ihoc ad
uerte possent. qd passa. ul aq libata fuisset.

Patescit ne tande p diuina hec in seruatio pietas. iq. deo
seruaturi una potestas. ingensq. seruati meritu. ingentisq.
meritis pmiu. Quant' est hic. qtanq. splendor firmamenti
ab ortu usq. occasu luminos' mundo pcessit. que uitalit'
adhuc in terris positu. archani sui deus ee consciu uoluit.
ut tanq. iudicu celestiu uir pnosceret. q mund' supplici
o lustrandus foret. At qa ineuitabile fuit seruatu pmi
seris orare. immiens excitui in annor. lxx. inducias po
tuit ptelare. Qntus inq. est. que romulidis uentur
reuelatio supna pdocet. cui dnm dnor uenienti obuia
uenire n dedecet. que petrus claue apiendi et claudn
di uice sua pfert. cui fons uolenti ante pedes scatu
rit. cui supsessuro tellus obuia instar puluinaris in
turgescit. q marmor fractu redintegt. cui' funeri op
endo. sericu deferentes angli ministraut. Hiccine ad
similitudine moysi dubitabit etia ds posse dici. qui
pcluit int' eos qbus data e potestas filios di fieri. et
omniu elementor obsequio potit' uice di. Paru ne armi
potent' fortissimos etia gentiu deos deuicit. quor q
putabant' sibi officia induit. Quis armiger ad erat
interi ioui. du alis aqla seruatio pariebat umbra
dormienti. Et quid iam iupit' lancibus imposita

fata trutinat. dum seruatus plectens preuios. pergensque
subiectos. querulosam de fato sectam disturbat. Namque si
fato non arbitrio adfas nefasque rapimur. neque laus optimis. neque
crimen sceleratissimis iuste destinatur. At seruatus iusticie
ardore super astra transuectus. bonos adiuuat. scelestos
cruciat. Haut igitur fato quemquam pelli. sed iudicio ferri
comprobat. Idem quandoquidem potenti prece fulminum iacula
catimpnosos torquet in nautas. quae uulcania intellure
poliunt ciclopes ethnei. non ut uocentur officii pdi. Quoniam
et iuno in aere. uel quoniam eolus uentorum incarcere reg
nat. si neque niuis fauillam. neque pluuie guttam. hostilem
super tumulum deferre quibant. tam et si uentis tolli
tectum illius diuinitas uera decreuerat. Pari militie
uictoriam christiane seruatus deum iudicat. neque martis
templa. neque palladis egida curat. Pudicitiam sennonialem
seruatus stupris eximens. ueneris extrudit turpitu
dines. Qui dum et naufragos periculis eripit. num et
neptuno sceptrum occeani. seuumque tridentem de manu
laute non extorsit. Debent et stigias destinatas umbris qui
animas liberat. quam pulchre fabulas regni plutonis
annichilat. Non quod unum deposuit hereticum effrantam.
sed omni loco ac tempore partes insequitur ac destruit sathan.
Age denique qui leprosos qui energuminos mundat.
qui cecos illuminat. qui febricitantes. qui freneticos. qui para
liticos curat. qui surdos. qui mutos de priuationibus in habi
tum recommutat. annon satis facete sapientiam seculi
confutat. Nonne silogisationibus infatigabilibus ne
gatur aristotelici ceco facto uisum. caluo comam. eden
tulo rursus posse dentes oriri. Ac sunt reuera

sunt naturaliter hec inreuertibilia. neque aliter primo
xpianismi tempore pro tanto stupetur miraculo quotiescumque sibi
talis apparuit restauratio. nunc uero per xpi gratiam huiusmo
di signa. tam penes seruatium quam et alias per ecclesiam ita
sunt assidua. ut dicantur. ut eque sunt beneficia. non iam
uideantur mirabilia. Ineptas autem coram deo dialecticorum
regulas seruatius ostentans. nequaquam ab illo si dici fas est.
consanguineo suo degenerat. qui sole super terras presente.
diem inter horas sextam et nonam in cruce tripudians
diem abstulit. syllogismorum ypoteticorum argumenta falsita
tis arguit. Siquidem et sol super terram et nox fuit. aut si
tenebris tempore diurno mundo inductis dies fuit.
contra eosdem syllogismos et dies fuit et non luxit.
Quid ipsa mater castitatis. beati seruatii beata maria
uirgo affinis est. Pulchrum ne an utilius tullium facunditatis
rethorice ducem confudit. que ratiocinationibus con
traria illius et peperit. et uirgo post partum fuit. Haut quaquam
ergo tantorum seruatius indignus affinium. anne dum tem
pora et regnum. et loca heinrici imperatoris quarti tot
signis clarificat. non hostium etiam illius phylosophos debi
litat. asserentes in potestate heinrici non posse deo
seruiri eo quod ei non communicant ipsi eius inimici?
Heinricus quippe illos ense. torre. uastationeque persequitur.
et ipsi quoad possunt eum. Dimissum opinium idem est iu
dicium. Seruatius non dum utrinque superbos dissimulat. suppli
cibus. autem suis utrisque appropians. apparitionibus. allocutio
nibus et beneficiis communicat. numquam non excommunicationis
uim apud inferentes non magis. quam apud commerentes
locatam esse affirmat. Oratio de s. seruatio.

Deus genitor rector regni. deusque christe coequalis splendor et
filii. comparque maiestas spiritus sancti. deus estimatione melior. intel
lectu potentior. spe clementior. quem cuncta expetunt fonte
plene perfectionis. unum nulliusque societatis indigum. non tamen
adhuc equidem omnes omnino abdicare paras. quibus
tantis presentie tue miraculis per sanctos tuos appropinquas
Te ergo sempiternum patrem filii. te ineffabilis adonay. paraclitum peti
mus. quem a te clementie pignus accepimus. quem aduocatum
dicimus. cuius humanatione nichil unquam melius
ex diuina munificentia commeauit ad hominum genus.
paraclitum inquam petimus. quoniamquidem equitatis proprie
fiducia caremus. ut famulos tuos per te tibi deuotos
attendas. et a tuis templis et aris. et aditis. auita celesti
et societate bonorum. a communione sanctorum. ceterisque mu
neribus tuis. ob nullius iram aut maledictionem
arceas. sed in fine usque nobiscum. qui pollicitus es in filio
tuo permaneas. Aduersarios uero ueritatis siue homines.
seu demones. concordie hostes. pacis osores. seditionum
ac scelerum concitatores. aut preceptis tuis inclinabis.
aut merita talione uiuos mortuosque multabis. pernici
osorumque ex unguibus humiles tuos liberabis. Quos autem
sanctorum tuorum clarificationibus iocundas. conformantem
mores spiritum sanctum non subtrahas. Namque tu remissius
futurum sodome et gomorre. quam corozaim et capharna
um non conuersis propter factas in eis uirtutes dixisti. Tu
porro iam seruati similesque ceteri signipotentis gratie sancti.
quid non gaudeatis hoc tam excellenti bono uestro. et frua
mini tam bonis. quam aspectu presentis dei. Nam cum
uestri recordabimini. tam et si semper diuine uirtuti.

plerumque tamen et felicitati concesse gratulabimini. De nobis uero quotquot uestra promerita et preces mors inuauerit uita recuperauerit. quos ex fedissima morte ignominia. quos ex demonum uexatione acerbissima. quos ex hostibus ferrum flammamque minitantibus. seu uariis ex languoribus et anxietatibus summa pietas liberauerit. omnigeneque miserie aduerticem sorti uestre quantulumcumque ultimo gradu adunauerit. de nobis inquam quoties cogitabitis. toties de maxima laude uestra. toties de liberalitate serenissima. toties de singulari luce sapientie dei. deque profundi inscrutabilitate consilii exultabitis. Precamur igitur ut regnum ecclesie sacerdotium. regnumque sacerdotale christianorum quod maximum. quod pulcherrimum. quod florentissimum. potentissimumque esse hactenus uoluistis. hoc omnium hostium copiis terra marique triumphatis. perniciosorum quoque ciuium temeritate cohercita. ope continua. precibusque sacratis. usque in eternum extollere non desinatis. Nichil habet namque aut felicitas uestra pulchrius. quam ut possitis. aut natura uestra melius. quam ut uelitis opem ferre quam plurimis. Id ipse prestare dignetur. cuius regnum et imperium sine fine permanet in secula seculorum. Amen.

Incipit uita beati Amoris confessoris.

IGITUR BEATUS AMOR aquitania et patre sue bonis progenitus. ut primum fari potuit et illud apicolis notum nomen dei audiuit. quantum iam tunc etatis infirmitas ualuit. deo eidem se attentius commendauit. Hoc quidem apud se ingenue mentis firmauit proposito. ut si in robur umquam deo propitio euasisset uirile. quod tunc pro re minus expleresset. illa altera mali

simulasset

de loco potuerit. Ibi continuo omnes mirari quid sancto
domini competeret nescire. cum predicta matrona diuini
presaga consilii sacrum illud corpus ferebat immune
et forsitan tanto uestium cultu arca noluisse ascendere.
Ad cuius dictum quique creduli lineas sibi spoliant uestes.
durioribus rursus amicti calciamentisque destituti sese itineris
cepti conatibus applicarunt. Nam et illa religionis huius
magistra uestes sibi et aurum collo demens seipsam cum
monilibus et quadam dotis sue uilla perpetue mancipat
seruituti. Posthec uero ut crederes his placatum mune
ribus appositis demum ad capulum manibus sanctus domini mi
rimoda leuitate conscendit. Perspicua enim in eo est apostoli petri
illa sententia ubi ait dominum superbis resistere. humilibus
autem suam gratiam dare. Mirum inmodum ab omni populo
et clero laus canitur deo. inde ingens ei deriuatur in sco.
hincque consensu omnium ad locum ubi usque hodie sancta
eius beneficia ad plenum exuberant. domino premonstrante
conuectantur. Sufficiant ergo pauca de pluribus que primo
dum [illegible] innumera uirtutum suarum fecit insignia.
consulti [illegible] cunctis referentibus fidem adhibere. quia
nos scribe[illegible]do totum potuisse disserere. Melius enim est in
paucis probasse. quam in multis fastidium irrogare. De cete
ro quicumque hec que se uera tueantur infideliter legerit.
ipse peccabit. Forsitan autem obtrectator caueat sibi plus
ab sancto domini inuitione iusticie offendet mali quam nos le
gendo inueniat boni. Fidelis itaque partum sibi si non
frustrata sit nos spes nostra habebit ad premium. qui non
legerit sed quicumque crediderit. Illum ubi est omnium
bonorum merces. quesumus respiciat nos deus et sanctus. finis.

me dico scribentem. te legentem. et omnem credentem. [illegible]
dominus noster. qui cum patre et spiritu sancto vivit moderans cuncta in secula
sempiterna.

Fundator orbis qui pia maros regis melodias voces admitte clementer.

sonant tibi iubilando [illegible] Patronis nostris [illegible] posse [illegible]

Igitur posito in amministratione
pfecture galliarum· patre eius
ambrosio: natus ambrosius est·
Qui infans in area ptoru· in-
cuna positus· cum dormiret
apto ore· subito examen apum
adueniens· faciem eius atq; ora
compleuit· ita ut ingrediendi
in os· egrediendi q; frequentaret
uices· Que pater· qui propt cu
matre· uel filia deambulabat·

53 (54.) Lee. (ab + 1.)

nobis gen[...]at [...]
tia dona annunti[...]
hominum de terr[...]
erigerent· Postea [...]
deuisset· & eet in [...]
constitutus: cum [...]
& sorore que uirg[...]
iam pfessa· comite[...]
cuius uirginis n[...]
ipsa eiusde pfessi[...]
cartagine degit [...]

